

## C O N C I L I I   C O N S T A N T I E N S I S

pidorum, castrorum, terrarum, villarum & locorum, necnon iurium & bonorum dictarum ecclesiarum, cuiuscunque status, gradus, conditionis, dignitatis aut praeminentiarum, etiam si ducalis fuerint, poenarum, sententiarum & censurarum alias in dicto monitorio comprehensas & expressas, incidisse, ipsiusque Frederici ducis Austriae & aliorum officiarius, cuparorum, detentorum, & alia loca quaecumque ecclesiastico supposita interdicto. Vnde de eadem sacrofancia synodus diuersos & singulos uenerabiles fratres patriarchas, archiepiscopos, episcopos ac dilectos ecclesiarum filios abbates, priores, praepositos, decanatos, archidiaconos, scholasticos, cantores, thesaurarios & canonicos tam cathedralium quam collegiatarum, parochialiumque ecclesiarum rectores & loca tenentes eisdem, ceterosque plebanos curatos & non curatos, clericos, notarios & tabelliones publicos per Italiam & Alamanniam constitutos, & alias ubilibet & eorum quemlibet insolidum, ad quem uel ad quos praesentes nostra litera peruenierint, tenore praesentium requiriri, atque monerit primo, secundo, tertio & peremptorio terminis, communiter & diuissim, eisque & eorum cuiilibet in uirtute sanctae obedientiae & sub excommunicacione penitentiae sententiae districte praecipiendo mandat, quatenus statim uisus praefertibus, dictum Fredericum ducem Austriae anathematis & sacrilegij uinculis in nodatum, periurumque reatum, necnon poenarum priuationis & inhabilitationis praedictas, ac eundem & occupatores ac detentores, uassallos, nobiles, capitaneos, officiarios & subditos inobedientes & rebelles, praedictas poenarum, censurarum & sententiarum alias in dicto monitorio contentas, incidisse, singulis diebus dominicis & festiuis in eorum ecclesijs, monasterijs & capellis infra missarum solemnia, dum ibidem populi multitudine ad diuinam audiendum aut alias congregata fuerit, etiam alias ubi & quando & quies expediens fuerit. Et postquam uigore praesentium ipsi seualiquis eorum requisiti fuerint, seu fuerit requisitus, pullatis campanis, candelis accessis & demum extinctis & in terram proiectis, publice denunciant & euident, & ab alijs publice quantum in eis erit, denunciari & euitari ab omnibus Christi fidelibus facient & permittant. Et praesentem nostram declarationem seu sententiam, & omnia & singula in eis contenta, publicent, insinuent, & ad intellectum Christi fidei astantum exponant, & plenarie exequantur, donec & quoque super praemissis absolutionis beneficium meruerint obtinere, & a praedictis rebellionibus desisterint, & debite satisficerint, aut aliud a dicta sacrofancia synodo uel futuro summo pontifice habuerint in mandatis. Et quia idem Fredericus dux Austriae Pharaonis imitatus duris timore apudis furda obturauit aures suas, huius sanctae synodi preces & monita suorumque amicorum & praefati regis sententiam & iusurandum despiciens, tanta exigente duritia, cogituit haec sancta synodus de finali remedio prouidere, cum nihil pro sit sententias ferre, nisi sit qui eas debita executioni demandet. Committit ergo & praefata sancta synodus praefato charissimo filio ecclesiarum defensori & aduocato Sigismundo regi Romanorum semper Augusto, cuius specialiter interest, ad requisitionem ecclesiarum contritas & oppressarum ecclesiarum restaurare, & ecclesiasticas personas a uolentibus & iniuris defensare, & eandem sententiam executioni demandare, & certe regis principibus ac Christi fidelibus, ut ad restitutionem dictarum ecclesiarum & ciuitatis Tridentinae & omnium bonorum & iuriuum ipsius, & eius integrum libertatem & indemnitate seruandam, contra dictum Fredericum Austriam ducent & alios occupatores & detentores praefatos, ut nostrum praefatum monitorium realiter in executionem obtrineat, brachium impendant, fauorem & auxilium gladii & potentiae omnino modice secularis. Decernit in super haec sancta synodus ad pleniorum executionem habendam, processum contra omnes intrusos & intrudendos in dicta ecclesia & ciuitate Tridentina, ac castris, oppidis, texris, uillis, locis possibiliibus, iuribus & bonis eiusdem & contra adhaerentes eidem duci Frederico & occupatoribus & detentoribus ac intrusis & intrudendis, ac contra dantes auxilium, consilium aut fauorem. Quem quidem processum etiam omnes & singulos processus necessarios & opportunos committit